

Sermo domini apostolici Ioannis in synodo episcoporum^{a)}

Omnibus generationibus immo cunctis mortalibus liquet, qualiter omnipotens et creator universorum Deus in ecclesiae suae parte, quae gemebunda peregrinatur in terris, per generationes et generationes^{a)} electos suos velut in caelorum ambitu sidera nova produxerit, ut miro modo^{b)} in eiusdem ecclesiae caelo fixa, divino lumine radiantia, merentium animos inlustrarent, depulsis tetrae^{c)} mestitiae tenebris et diversarum angustiarum dissipata caligine. Inter quas tamquam^{d)} clarissimum sidus diebus nostris^{b)} ecce nobis Karolum christianissimum principem superna providentia praescitum a se et praelectum ante mundi constitutionem et praedestinatum¹⁾ non nisi copiosissima miseratione circa nostram salutem mota^{e)}, secundum placitum suum iuxta quod congruum erat in isto^{d)} periculoso^{e)} tempore²⁾ tribuit, nepotem videlicet illius quondam magni^{f)} Karoli, qui rempublicam proeliis auxit, victoriis dilatavit^{e)}, sapientia decoravit, qui cum omnes ecclesias sublimasset, semper hoc ei erat in voto, hoc^{g)} semper in desiderio, sicut in gestis quae de eo scripta sunt³⁾ legitur, ut sanctam Romanam ecclesiam in antiquum statum et ordinem reformaret. Unde et hanc multis honoribus extulit^{h)}, multis munificentis et liberalitatibus ampliavit, adeo ut

a) et generationes *fehlt M.* b) nostris et *M.* c) ita *M.* d) in isto] misero et *M.* e) proeliis ... dilatavit] plus antecessoribus dilatavit et *M.*

a') *Sermo ... episcoporum (apostolorum Bi) nur P, Bi, S, Ba.* b') miro modo] quodammodo *P, Bi;* miro quodam modo *S.* c') terrae *Bi.* d') tantum *H, P.* e') periculis *H.* f') quondam magni *fehlt Bi.* g') *fehlt P, Bi, S, Ba.* h') *fehlt Bi.*

¹⁾ Vgl. *Krönungsort Karls des Kahlen von 869 (Boretius-Krause, Capit. reg. Franc. 2 [1897] Nr. 276, S. 339 Z. 2 f.)*: praescitum et electum atque praedestinatum. — Auffälligerweise finden sich Übereinstimmungen (vgl. auch unten, Anm. 4 und 9) nur mit westfränkischen Königsordines (vgl. dazu *P. E. Schramm, ZRG. Kan. Abt. 23 [1934] 117 ff.; AfU. 15 [1938] 3 ff.*), nicht aber mit den Kaiserordines des 9. Jahrhunderts *P. E. Schramm, AfU. 11 [1930] 369 ff.*). Wie der Kaiserordo A (sog. karoling. Ordo) für die Kaiserkrönung Ludwigs des Frommen 816 aus einem älteren fränkischen Königsordo hergerichtet wurde (vgl. *P. E. Schramm, AfU. 11 [1930] 354 ff.*), so der Kaiserordo für Karl den Kahlen 875, aus dem Johannes VIII. doch wohl seine Formulierungen genommen hat, offenbar aus den westfränkischen Königsordines. Der römische Kaiserordo B (sog. Cencius I) ist nicht benutzt, entstand also in der Tat wohl erst nach 878 (vgl. *P. E. Schramm, AfU. 11 [1930] 344 ff.*).

²⁾ Vgl. 2. Tim. 3, 1.

³⁾ Einhards *Vita Karoli Magni*; vgl. oben, S. 299 f.